



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

Epitaphia Alphonsi Ciacconi Libro De Pontificum Et Cardinalium Gestis  
Inserenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**



I

EPITAPHIA  
ALPHONSI CIACCONI  
LIBRO DE PONTIFICVM  
ET CARDINALIVM  
GESTIS INSERENDA.

pag.

271

Hamburgi in Cathedrali.

*Benedictus Papa qui de Sede Apostolica per violentiam  
remotus & postea cum reuocaretur, obiit Hamburgi. s.  
Nonas Iulij sepultus est hic.*

272

Romæ in Basilica S. Pauli legitur hoc Epitaphiũ  
Ioannis Papæ 13.

*Pontificis Summi hinc clauduntur membra Ioannis,  
Qui prudens pastor persoluens debita mortis,  
Isthic præmonuit moriens sua membra locari:  
Quò pietate Dei resolutus nexibus attris,  
Egregijs Pauli meritis conscendat in æthra  
Inter Apostolicos cælorum gaudia metat,  
Gaudeat, exultet, & sociatus cœtibus almis  
Dicite corde pio, relegentes carmina cuncti,  
Christe tui famuli misertus scelera purga,  
Sanguine qui sancto redemisti crimine mundum.*

*Hic vero Summus Pontifex Ioannes in Apostolica Sede sedit  
annos 7. depositionis eius dies 8. Id. Septembris ab Incar-  
tione Domini anni 972.*

274.

Romæ in æde sanctæ crucis in Hierusalem.  
Hoc Benedicti Papæ quiescunt membra sepulchro  
Septimus existens ordine quippe Patrum

Aa

Hic primus repulit Franconis spurca superbi,  
 Culmina qui inuasit sedis Apostolicæ.  
 Qui Dominumque suum captum in Castro habebat;  
 Carceris interea vinclis constrictus in imo.  
 Stangulatus ubi exuerat hominem.  
 Cumque Pater multum certaret dogmate sancto  
 Expulit à sede; iniquus namque inuasor  
 Hic quoque prædones sanctorum falce subegit,  
 Romanæ Ecclesiæ iudicijsque Patrum.  
 Gaudet amans pastor agmina cuncta simul.  
 Hicce monasterium statuit monachosque locauit,  
 Qui laudes Domini nocte, dieque canunt.  
 Confovens viduas nec non & inopesque pupillos,  
 Vt natos proprios assidue refouens.  
 Inspector tumuli compuncto dicit o corde.  
 Cum Christo regnes ô Benedicte Deo.

Die x. mensis Iulij in Apostolica Sede residens 9. anno obiit ad  
 Christum Indictione 12.

284. Roma in Basilica Lateranenfi legitur hoc Epita-  
 phium Sergij Papæ 4.

Quisquis ad hæc tendis sublimia limina lector,  
 Et caperis tanta nobilitate domus:  
 Intentis oculis aulæ percurrere paras:  
 Desine materias, arte iuuante manus.  
 Lumina cum gressu prudens arguta coercens  
 Respice sollicitus quis uelit hic titulus.  
 Hic tumulata iacent pastoris membra sereni  
 Quem Deus Ecclesiæ contulit Omnipotens.  
 Pauperibus panis, nudorum vestis opima,  
 Doctor & egregius qui fuit in populo  
 Iura Sacerdoti lætas dum videt aristas  
 Cætibus æquauit nauiger angelicis.  
 Albanum regimen lustrò venerabilis uno

*Rexit, post summum ducitur ad solium.*

*In quo mutato permansit nomine præsul*

*Sergius ex Petro sic vocitatus erat.*

*Ductus mente pia IESV dic Parce Redemptor,*

*Vtque vicem capias dic, Deus hunc habeas.*

*Qui sedit ann. 2 & mens. 9. & dies 12. obiit mensis Maij*

*die 12. Indictione. x. an. Dominicę Incarnationis 1013.*

E regione huius tumuli in eadem basilica nobile  
visitur Epitaphium, Silvestro 2. Gallo Pontifici  
Maximo, Othonis 3. Imperatoris & Roberti Fran-  
corum Regis excultori ab eodem Sergio 4. positū,  
quod & hic libenter, si Ciaconum præterisset as-  
cripisssem, omnino enim confictas in doctissimū  
Pontificem fabulas aperit, quas historiarum periti-  
iam norunt ac derident. scripsit Silvester

De Geometria. | De Arithmetica. | De Sphæra.

De Compositione Astrolabij.

Dialogum, cuius interlocutores sunt ipse  
& Leo Nuncius Apostolicus.

Epistolarumque volumen ad Othonem  
Imperatorem Robertum Francorum  
Regem & alios, præstantissimos viros,  
quæ eruditæ sunt, verborumque ele-  
gantia instructæ. *Obijt an. 1003.*

288. Ioānes Papa 19. qui obiit ā. 1009. in basilica Vaticana  
hoc habuit Epitaphiū cui<sup>9</sup> primi versus desideratur.

*Quam solers Domino placuit, quam mente modesta,*

*Præsul Apostolicus, orbis & omne decus.*

*Hic statuit tumulo claudi sua membra sub isto,*

*Hæc eadem sperans vt sibi reddat humus*

*Ardua qui fulsit cunctis pe sidera cæli,*

*Augustis charus gentibus & tribubus.  
 Doctrinis comptus sacris, & dogmate claro,  
 Per patrias sancta semina fudit ouans.  
 Nam Graios superans, Eois partibus unam  
 Schismata pellendo, reddidit Ecclesiam.  
 Principis hinc Petri, sed quisquis tendis ad aulam:  
 Dic supplex isdem regnet in arce poli.*

366. B. Romæ in æde S. Clementis legitur hoc Epitaphium Anastasij Cardinalis.

*Is Sancte Pater Clemens tua templa notauit,  
 Cuius in hoc tumulo puluis & umbra iacent.  
 Moribus egregijs, & vita presbyter urbis  
 Fulsit, Anastasius nomine dictus erat.  
 Vita decens studiumque pium, vis religionis  
 Conspicuum meritis efficiebat eum.  
 Hunc quicumque legis tumulum memor esto legendo  
 Dicere, Nate Dei subsidieris ei.*

410. F. Romæ in æde sanctorum Cosmæ & Damiani.

*Sedis Apostolicæ Guido Cancellarius, in se  
 Quam nihil est mundi gloria, morte probat.  
 Pisa virum peperit, quem donat Roma sepulchro  
 Vix paritura parem, vix fruitura pari.  
 Non operâ pictoris eget, non marmore sculpto,  
 Non titulo celebri, tam titulosus homo.  
 Tertia post Idus Augusti præripit illum  
 Virtutum titulus inuidiosa dies.*

*Huic sine nocte diem, vitam sine morte, quietem  
 Det sine fine quies, vita, diesque Deus.*

Innocentii Papæ 2. Epitaphiū habes supra pag. 12.

491 Romæ in Basilica S. Pauli.

*Hic requiescit Dominus Theoballus Episcopus Ostiensis.*

493 Romæ in æde S. Caciliæ.

EPITAPHIA.

V

Hic iacet ille Petrus quem docta Placentia mundo  
 Edidit insignem sanguine, mente, fide,  
 Presbyter, & sacro sublimis cardine Patrum  
 Moribus excessit culmen & officium.  
 Prouidus & constans, humilis, pius atque pudicus,  
 In fragili carne cœlicus emicuit.  
 Tot meritis latè venerando, Roma Beata  
 Cecilia titulum contulit & tumulum.  
 Terra suum corpus, animamque recepit Olympus;  
 Sic bene diuisum seruat utrumque Petrum.

Ferrariæ in Cathedrali.

Hic iacet sacra memoria Urbanus Papa 3. natione Medio-  
 lanensis ex Genere Cribellorum Sepultus 1185. mensis Au-  
 gusti 9. Indictione 3. temporibus Fratris Vindonis Ferrariensis  
 Episcopi, Ioannis Archipresbyteri & Bonagratie præpo-  
 siti.

535 A Stephanus de Fossa noua Cardinalis in æde S.  
 Mariæ Maioris, Romæ hoc habet Epitaphiû.

Hic requiescit Stephanus de Fossanoua . . . . .  
 Ma. P. L. M. presbyter Cardinalis Obijt anno Domini  
 1227. Indictione . . . . Gregorij 9. Papæ, anno primo.

557. A Romæ in Basilica Lateranensi.

Memoria Richardi Hannibaldensis de Molaria S. R. E.  
 Archidiaconi Cardinalis S. Angeli qui à Gregorio Papa 9.  
 creatus Romæ, anno 1240. Obijt Lugduni in Concilio  
 generali anno 1274.

569. Hugonis de S. Charo Cardinalis. Epitaphiû habes  
 supra pag. 29.

F. Romæ in æde S. Mariæ Maioris.  
 Cardine prælatum genitum de stipite claro, 1  
 Quem rea mors rapuit infima busta tenent.  
 Cultor Iustitiæ, rigidus seruator honesti,

Quaeque dari voluit pauca retenta tulit.  
 Gente Capocinus Petrus datus est sibi duplex,  
 Ensis ab Ecclesia, quod tueatur eam.  
 Prætulit arma togæ, Federicum schismate plenum  
 Belli iure fugat, undique clarus ouat.  
 Donat opes largas, largi o de pectore fusas  
 Gratis in hac æde Virgo Maria tibi.  
 Aurum vestit opus, sculpsit manus arte magistra  
 Mira columpna leuat, iste ministrat opes.  
 Condit opus sacra, condas animam precor huius  
 Ædibus æthereis intemerata parens.

570.B. Romæ in æde S. Laurentij extra muros.  
 Hic requiescit corpus Domini Guillelmi S. Eustachij  
 Diaconi Cardinalis, nepotis quondam felicitis recordatio-  
 nis Domini Innocentij Papæ quarti ex progenie Comi-  
 tum Lauaniae orti, cuius anima requiescat in pace.  
 Siste gradum, clama, qui perlegis hoc Epigramma;  
 Guillelmum plora, quem subtraxit breuis hora  
 Nobis per funus, de Cardinibus fuit vnus,  
 Prudens, veridicus, constans & fidus amicus,  
 Vere Catholicus, iustus, pius atque pudicus,  
 Candidior cigno, patruus quartus fuit INNO-  
 CENTIVS, illius mores imitans nec alius:  
 Romæ Neapoli, quos improba mors phariseat,  
 Regia sancta Poli iungit eosque beat.  
 Lauaniae de progenie Comitum fuit iste  
 Rex veni, des in requiem sedem sibi Christe  
 Anni sunt nati Domini super astra regentis  
 Quinquaginta dati & sex cum mille ducentis.

C. Romæ in Basilica Lateranensi.  
 Memoria Bernardi Caraccioli Neapol. S.R.E. Cardinalis,  
 Innocentij Papæ 4. Epitaphium supra pag. 26.

582

Romæ in æde. S. Praxedis.

Qui legis Ancherum duro sub marmore claudi:  
 Si nescis Aldi quem nece perdis herum.  
 Treca parit puerum, Laudunum dat sibi clerum,  
 Cardine Praxedis titulatur, & istius ædis,  
 Defuit in cælis, largus fuit atque fidelis  
 Demonis à telis serua Deus hunc quoque cælis.  
 Anno milleno centum bis & octuageno  
 Sexto, decessit hic prima luce Nouembris.

583.E.

Vrbe veteri in Ecclesia Prædicatorum.

Sit Christo gratus hic Guillermus tumulatus,  
 De Brayo natus, Marci titulo decoratus.  
 Sit per te Marce, cæli Guillelmus in arce,  
 Quæso non parcè Deus Omnipotens sibi parce.  
 Francia plange virum mors istius tibi mirum  
 Defectum pariet, quia vox similis sibi fiet.  
 Defleat hunc Mathesis, Lex & Decreta, Poësis  
 Nec non synderesis, heu mihi quam Themesis,  
 Bis sex centenus binus bis bisque vicenus  
 Annus erat Christi quando mors affuit isti. Obijt tertio.  
 Kalendas Maij.

Clementis Papæ 4. Epitaphium supra pag. 31.

Hadriani Papæ 5. Epitaphium supra pag. 30.

Ioannis Papæ 21. Epitaphium supra pag. 33.

Gerardi Blanci Cardinalis Epitaphiū supra pag. 47.

620.B.

Ioannes Cholet ex Oppido Nointre Belua  
 censis Diocesis Gallus, in Monasterio S.  
 Luciani Beluacen. hoc habet Epitaphiū.

Hac in Capella latet orbis fulgida stella,  
 Cuius fulgore, regio hæc fuit in honore.  
 Francia Legatum suscepit eum sibi gratum,  
 Formam virtutum, Francorum nobile scutum,

Hic vir compositus, vir verax, virque peritus,  
Iustus, munificus, Regum specialis amicus.  
Ergo mecum plores, præclari Patris & ores,  
Ut post hos flores fructus capiat meliores.

ibidem in pariete.

Ista legens siste, pensa quantus fuerit iste,  
Cuius tam pulchrum cernis fulgere sepulchrum,  
Est rosa sub Petra, quam premunt subdita metra.  
Et tanti floris vis se diffundit odoris.  
Ecce sub hoc tumulo venerabilis ossa Ioannis,  
Cecilia titulo decorati pluribus annis.  
Postea Legatus fuit inclytus atque probatus;  
Vir magni cordis, cuius mens nescia sordis,  
Gloria Francorum, decus orbis, formaque morum,  
Fautor iustorum, constans ultor vitiorum,  
Canonis & Legum professor erat generalis,  
Francorum Regum consul bonus & specialis.  
Prouocet ad fletum pietas recolendo Choletum.  
Tanquam deletum fontem bonitate repletum.  
Mors quid fecisti? vitæ rescans iter isti?  
Multa gregis Christi charismata subripuisti.  
Dapsilis & mundus, verax fuit atque fidelis,  
Floreat in cælis quia nunc sibi nemo secundus.  
Annos depromas octo de mille trecentis,  
Augusti nonas quarto, lux est morientis.

C. Geruasii Giancoleti Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 44.

D. Romæ in æde S. Praxedis.

Ego Gaufridus de Barbo quodam tit. S. Susannæ presbyter  
Cardinalis. Credo quod redemptor meus viuit, & in no-  
uissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea vide-  
bo Deum Salvatorem meum.

**E** Romæ in Basilica Lateranensi legitur, hoc Epitaphium Comitis Clusiani Cardinalis, anno Domini 1287. mensis Aprilis die 8.

De mediolano Comes hoc requiescit in antrō,  
Presbyter & Cardo, veniat tibi splendor ab alto.

Lombardus charus, ipsorum gente creatus:

De patria clarus, de magno sanguine natus.

Tu sapiens pectus Iuris vexilla ferebas,

Pauperibus largus, ad praua per omnia tardus,

Consilio magnus, mitis, deuotus ut agnus,

Muneris acceptor rarus, tu iustus obiisti.

Nominis illector, cur sic cito morte ruisti?

Hinc Mediolanum, Romanaque curia ploret.

Ne fleat in vanū pro te rogo quilibet oret. Dominus

Iacobus de Columnna Cardinalis S. Mariæ in

via lata, pro anima Domini Comitis Cardinalis

fecit fieri hanc capellam cum altari & omnibus.

629. C. Hugo Seguin de Billon apud Aluernos Cardinalis cuius Epitaphium habes supra pag 45.

**E** Romæ in Ecclesia S. Mariæ Maioris.

D.O.M. Petra Petrum tegit hæc marmor, fouet  
petra Christum:

Sic saluum retinet utraque petra Petrum.

Cardinalis fuit Petrus iacet hic tumulatus:

Translatus Romæ, decessit Auenione

Annis millenis tercentis bisque decenis,

Senis adiunctis, cum suspirijs quoque multis,

Et lacrymis ossa sunt hæc condita fossa,

Stirpe Columnnigena fuit hic sibi vita serena,

Latitijs plena sit cum sanctis & amæna. Amen.

- D Ioannes de Cressly monachus Diœcesis Am-  
bianensis Cardinalis, cuius Epitaphiũ ha-  
bes supra. pag. 46.
- F Romæ in æde Sanctorũ Siluestri & Martini.  
*Simonis extra caroque iacent hîc ossaque Chari-  
tate Prioratu qui præfuit, huic titulique  
Sanctæ Balbinæ, sacra dat candore colentes,  
In cineres redigi fasces, caput omne iacere,  
Discite labentis non gaudia spernere mundi.  
Quod sumus iste fuit, erimus quandoque quod hic est,  
Anno milleno bis centum cum nonageno  
Sexto defungens, deserto corpore fungens,  
Regnis cœlorum numerandus parte bonorum.*
639. Guillelmi de Longis Cardinalis Epitaphium  
habes supra. pag. 46.
- 647.F. Auenione in monasterio Cœlestinorum.  
*Hic iacet R. in Christo Pater & Dominus Francis-  
cus de Filijs Vrsi, tituli. S. Marci presbyter Car-  
dinalis Florentinus vulgariter nuncupatus, fun-  
dator huius Monasterij qui cœliciter obiit inter ma-  
nus fratrum anno Domini 1361. die 4. mensis Se-  
prembri, cuius anima requiescat in pace.*
- 648.B. Romæ in Basilica Lateranensi.  
*Hic requiescit Dominus Petrus de Piperno quondam  
S. Mariæ nouæ Diaconus Cardinalis.*
- 649.C. Romæ in Ecclesia S. Mariæ Maioris.  
*Hic depositus fuit quondã Dominus Cõsaluus Epif-  
copus Albanen. anno Domini 1299.*
- 650.A. Genuæ in Cathedrali.  
*1336 die vltima Ianuarij obiit Reuerendissimus Do-  
minus Lucas de Flisco S. R. E. Diaconus Cardi-  
lis, cuius ossa in hac iacent tumbã, anima cuius re-*

quiescat in pace.

- D. Egidij Columnæ Romani Cardinalis Epitaphium habes supra. pag. 50.  
 Romæ in Basilica S. Petri.
- 652.D. *Bona memoria Dominus Petrus Sabinensis Episcopus Auenione mortuus, & d d Basilicam istam delatus sepultus ad pedes Domini sui in hac Basilica. anno Domini 1311.*
- 661.C. Nicolai Martini de Prato Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 51.  
 Benedicti P. II. Epitaph. habes supra. pag. 47.
- E Stephanus de Suify Cardinalis, Lauduni in Monasterio S. Ioân. cû hoc iacet Epitaph.  
*De Suisynatus Stephanus iacet hic tumulatus,  
 Qui se gessit ita viuendo, quod Archileuita  
 Burgensis pridem, mox Cancellarius idem  
 Aula regalis fuit, inde Cardiquenalis.  
 M. Semel, & C. ter, V. bis, semel I, nece teter  
 Factus, decessit Decembri cui requies sit.*
- C Guillelmi de Godino Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 54.
- D. Vitalis de Furno Cardinalis Epitaphium habes supra. pag. 55.
- 676.F. Apud Vzeſtam in Diœcesi Vafatenſi.  
*Hic iacet felicitis recordationis Dominus Clemens Papa 5. fundator Ecclesiarum Collegiatarum de Vzeſta & de Vinhendraudo, qui obiit apud Rupem mauram Nemausensis Diœcesis, die 20. Aprilis. Pontificatus sui anno nono. Portatus vero ad istam Ecclesiam B. Mariae de Vzeſta, anno Domini 1314. vigesima septima die Augusti tunc proxima, & sepultus die..... anno Domini 1352.*

Bertrandi de Deucio Cardinalis Epitaphium  
supra pag. 58.

718. A. Ægidii Albornotii Cardinalis Epitaphium  
supra pag. 61.

720. A. Romæ in æde S. Mariæ Maioris.  
*Nobilis Domini Nicolæ Capocieni*  
*Hic iacet corpus exortum de Capocinis.*  
*Qui spernens vitia Christo vixit ab eius ortu.*  
*Itaque continuans ad mortem usque peregit,*  
*Ecclesiam Romanam omnimode iuste defendens,*  
*Tam contra Bauarum, quàm contra impios omnes.*  
*Vnde Audemari beati præposituram,*  
*In qua Capellaniam magnifice tenens ditauit,*  
*Et Episcopatum Vercelli & Cardinalatum*  
*Titulo vitali, certe almi & præfularem:*  
*Sed Cardinalatum obtinuit Tusculanæ,*  
*Perusioque fundauit monachorum vigintiquinque*  
*Conuentum, & scholam scholarum bis præfatorum,*  
*In Auenione litigantes regabat in æde,*  
*Viuens abstinentiâ, portauit ciliciumque,*  
*In Ecclesia fundauit hac capellam capellanorum,*  
*T Qr. de suis paternis atque bonis.....*  
*Hic ut in sacris doctus & utroque iure peritus,*  
*Habere quod poterat pauperibus ipse dabat;*  
*Sed migravit ad Christum eius anima sic beata*  
*Mille ter C. anno, sexaginta & duo quater.*  
*Marmore conscripta firmat hic se sciuisse Mathæus*  
*Pictor, quare per dicta laudetur opera Deus.*

E Romæ in Basilica S. Petri.

*Mitis & affatu dulcis, censuraque morum,*  
*Iratus vitijs, placidus virtutibus, æquus*  
*Omnibus, Ecclesiæ speculum, lux antea Romæ,*

*V*nica lux Latij, sydus radiusque Senatus,  
*C*ardinei dedit hunc titulo Hadrianus honoris,  
*V*na morum spes ac *V*rsina gloria gentis  
*E*gregia, Raynaldus, humo requiescit in ista  
*C*orpore, sed cælo meliori parte sereno.

732.D.

Auenione in Ecclesia Prædicatorum.

*I*n præsentī Capella iacet Reuerendissimus in Christo  
*P*ater, Dominus Petrus Iterij, Episcopus Albanēsis  
*C*ardinalis Aquensis, doctor legū egregius, qui obiit  
 sub die 19. mensis Maij anno Domini 1367. post  
 recessum Domini *V*rbani quinti.

740.B.

Marci Viterbiensis Cardinalis Epitaphium  
 supra pag. 64.

In Monasterio Bonipassus Ordinis Carthu-  
 sianorum, Diœcesis Auenionensis.

*H*ic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Domi-  
*n*us Philippus de Cabassole Domini Isuardi mi-  
*l*itis filius, qui primo fuit Episcopus Cauallicensis,  
 deinde Patriarcha Hierosolimitanus, post. S. R. E.  
*C*ardinalis presbyter tituli Sanctorum Marcelli-  
 ni & Petri, mox Episcopus Sabinensis, demum  
*L*egatus missus à Domino Gregorio Papa xi.  
*A*uenione sedente, in Italiam ad gubernandum  
*R*omane Ecclesie terras. Obiit Perusij sextoka-  
 lend. Septembris anno 1372. cuius corpus ad hoc  
*M*onasterium Carthusiensium Bonipassus dela-  
 tum, ibidem sepultum fuit, cura Domini Ægidij  
 de Silua de Monteacuto Episcopi Cardinalis  
*T*usculani, & aliorum excutorum testamenti  
 eius.

In Monasterio Bonipassus Curthusianorū D.

*H*ic iacet Dominus Simon de Langhan de Anglia

quondam Archiepiscopus Cantuariensis S.R.E.  
Prænestinus Episcopus Cardinalis, qui istam Ec-  
clesiam de nouo construxit & obiit 22. mensis Iu-  
lij anno Domini 1376. Orate pro eo.

Lutetiæ in Monasterio Carthusianorum,  
Ioannes Cardinalis des Dormans hoc ha-  
bet Epitaphium.

Anno milleno ter. C. ter. I. septuageno;  
Solutus ex membris septenâ luce Nouembris  
Ioannes de Dormano primo prole Romano  
Præsule susceptus, pater hinc Beluacensis adeptus  
Sub Franco Rege cancellauit duce lege.  
! . . . . . fouendo sub alis.

Intus confratrem puerorum, quem scito patrem  
Collegij Claustrum Brunelli. sit cuius astri.  
Romæ in Basilica S. Petri.

Hic requiescit Reuerendissimus Pater Dominus  
Franciscus de Thibaldeschis tituli S. Sabinae pres-  
byter Cardinalis, alias nuncupatus Cardinalis de  
. . . . . qui vixit annos . . . . . obiit an. Dom. 1378.  
die 7. mensis Septembris, Indictione . . . . . cuius  
ius anima requiescat in pace, Amen. orate pro eo.

743.

Petri de Corfinis Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 65.

750. A.

Auenione in Cathedrali.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Domi-  
nus Ioannes de Crosso de Calimaforti Lemo-  
uicensis Diocesis, legum Professor, qui per plura  
tempora præfuit Ecclesie Lemouicensi, deinde  
assumptus fuit in Ecclesie Romanæ presbyterum  
Cardinalem, & subsequenter fuit factus Episco-  
pus Prænestinensis & summus Pœnitentiarius,

EPITAPHIA. XV

qui obiit 22 die mensis Nouembris anno à Natiuitate Domini 1383. pro cuius animæ salute Deû humiliter deprecamur, vt in pace cum angelis requiescat, Amen.

D. Guido de Mallesec Cardinalis, Lutetiæ iacet in æde Prædicatorum cum hoc Epitaphio.

In Aquitania parte Gallie nobilissima familia Mallesecorum vetustate ac singulari virtute præclara à Malefico nomen habet. Ea in gente multo clariss. vnde orta sunt Aquitania quondam lumina viri rerum gestarum magnitudine florentes, alij equites aurati, sancti Pontifices, alij præfecti. Ex ea generis claritate prodijt Guido à Malefico dicti loci & Castri Lucij Dominus in doctrinarum virtutumque genere propè absolutus, cuius acta permulta annalibus conscripta his breuibus non capiuntur angustijs, is vir summa prudentia amplissimisque meritis creatus fuerat Lodoensis Pontifex deinde Pietauensis, postmodum & cooptatus T. Prenestini Cardinalis, in qua dignitate cum octauo & tricesimo anno floruisset, tandem Legatum agens apud regem Gallorum nomine Pontificis Maximi auunculi sui. Lutetie honesto mortis genere quieuit octauo Idus Martij. anno autem 1411. cuius corpus hac cella & hoc saxo sepultum est magno cum omnium luctu ac desiderio, donec propinquorum sententia ad maiorum sepulchra transferatur.

Dives opum Guido, formæ bonitatis & artis  
Ditior, hocque magis dives honoris erat.

Plura darent Superi, nisi fatum plura negaret,  
Quo maiora darent euolat ad Superos.

E Ambiani in Cathedrali.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Dominus Ioānes de Grangia Abbas Fiscanensis, deinde Episcopus Ambianensis, postremo vero S. R. E. Cardinalis Tusculanus qui obiit anno Domini 1402. die 24. mensis Aprilis. Orate Deū pro eo ut requiescat in pace in Paradiso.

Adami Eston Cardinalis Angli Epitaphium habes supra pag. 68.

783. Bonauenturę de Peraga Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 69.

787. Romę in Basilica S. Petri.

Hac animo magnus, sapiens, Iustusque Monarcha  
Parthenopeus adest, Urbanus sextus in arca:  
Feruebat fidei latebras conferre magistris,  
O decus, his fretus semper post prandia sistris  
Schismatibus magnis animo maiore regebat,  
Omne Simoniacum tanto sub Patre tremebas.  
Quid inuat hunc terris mortali tollere laude  
Pro meritis? cęli splendet sibi gloria valde.

797. D. Auenione in Ecclesia S. Martialis.

Hic iacet bonę memorię Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Petrus de Crosso, oriundus de Galimaforti; Lemouicensis diocesis decretorum Doctor, qui prius fuit Monachus S. Martialis Lemouicensis Ordinis S. Benedicti, deinde prępositus de Brassaco dictorum ordinis & diocesis, post modum Cellerarius Ecclesię Tullensis, & post prior de volta ordinis Cluniacensis S. Flori diocesis, & postea Episcopus Sancti Papuli, post modum Archiepiscopus Bituricensis, & existente Archiepiscopo fuit factus Camerarius Domini nostri Papę Gregorij xi. ac deinde fuit af,

sumptus in tituli Sanctorum Nerei & Achillei  
presbyterum Cardinalem, qui dum adhuc in vi-  
uis esset suam hic elegit sepulturam. Orate Deū  
pro anima eius qui hoc sepulchrum estis inspecturi.

Obiit anno 1388.

Lutetiæ in cathedrali.

Hic iacet in Christo Pater Reuerendissimus Domi-  
nus Haymericus de Magnaco natione Lemoui-  
censis in villa sancti Iuniani ex nobilibus parenti-  
bus procreatus, utriusque iuris Professor, quondam  
Regum Ioannis & Caroli quinti Consiliarius &  
Magister requestarum hospitij, primo fuit deca-  
nus Ecclesie Parisiësis nominatus: deinde ad Pon-  
tificalem assumptus est dignitatem, tandem factus  
fuit tituli S. Eusebij S. R. E. presbyter Cardinalis.  
Obijt autem in Auenione 20. die Martij anno  
1384 cuius corpus integrum intra Parisios aspor-  
tatum sub hac tumba requiescit, anima cuius re-  
quiescat in Pace. Amen.

Lutetiæ in æde S. Martini de Campis.

Hic iacet in tumulo Reuerendissimus in Christo Pa-  
ter Dominus Petrus de Monte acuto S. R. E.  
Presbyter Cardinalis Laudunensis nuncupatus,  
huius Ecclesie administrator, consiliariusque Do-  
mini nostri Francorum Regis excellens & magni-  
ficus, qui Remis in seruitio dicti Domini nostri Re-  
gis diem suum clausit extremum, sub anno incar-  
nationis Dom. 1388. mensis Nouëbris die octaua,  
pro cuius animæ salute velitis Deum orare.

In Monasterio Carthusianorum Villæ-  
nouæ iuxta Auenionem.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater bonæ me-

moria Dominus Ioannes miseratione diuinâ Episcopus  
Ostiensis S. R. E. Cardinalis de Nouo Castro nūcupatus,  
qui obiit Auenione anno Domini 1368. die 4. Octobris.

*Huic Deitas parce, quæ summa viuis in arce*

*Collustrans cælos, sis sibi dulce melos,*

*Et securamen, sonet omnis spiritus Amen.*

798. A. Auenione apud Cœlestinos.

*Hic requiescit bonæ memoriæ Dominus Petrus de*  
*Fitigniaco genere nobilis, utriusq; Iuris Doctor, qui Aduo-*  
*catus Parlamenti & Canonicus Parisiensis existens, &*  
*pugil Ecclesiæ, inde immeritus per Dominum Clementem*  
*Papam 7. assumptus fuit in Beata Maria in Aquiro*  
*Diaconum Cardinalem, qui obiit anno Domini 1392. die*  
*4. Nouembris, anima cuius requiescat in pace.*

E. Auenione in Ecclesia Prædicatorum.

*Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus*  
*Bertrandus de Canhaco Lemouicensis Diœcesis genere no-*  
*bilis, utriusque Iuris Doctor, Archiepiscopus Bituricensis*  
*postmodû Patriarcha Hierosolimitanus, & administrator*  
*Ecclesiæ Abrincensis extitit, & deinde in S. R. E. tituli S.*  
*Pudentianæ Presbyterum Cardinalem assumptus, &*  
*demum Sabinensis Episcopus effectus, obdormiuit in Do-*  
*mino die 21. Maij. anno Domini 1404.*

804. D. Auenione in æde Cœlestinorum.

*Hic requiescit Dominus Clemēs Papa septimus, primus*  
*huius Cænobij fundator, ex Patre Amedeo Comite Ge-*  
*bennensi, matre vero Mathilda de Bolonia genitus, qui fuit*  
*Prothonotarius, Morinensis & Cameracensis Episcopus,*  
*deinde Cardinalis, demum ad Papatum inuitus assumptus,*  
*& curia tunc incolumi reductâ. Dominum Petrum Cardina-*  
*lem de Lutsemburgo miraculis coruscantem in hoc cæme-*  
*terio sepultum, ad Cardinalatum assumpsit, & in fine*

EPITAPHIA. XIX

an. 17. sui Pötificatus migravit ad Christū die 16. Septēb.  
1394. cuius anima requiescat.

811. C. Romæ in Basilica S. Petri.

Hic requiescit Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Antonius Caietanus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis qui obiit anno Domini 1412. mensis Ianuarij die xi. indictione quinta.

832. B. Auenione in æde S. Andreæ.

Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Petrus Blani, natione Gabalitanus ex utroque parente de militari genere procreatus, ac de propinquo genere fœlicis recordationis Domini Urbani Papæ quinti, Decretorum Doctor egregius, S. Angeli Diaconus Cardinalis, qui obiit anno Domini 1409. die 12. Decembris.

833. C. Virduni in Cathedrali.

Hic situs est fulgens Ludouicus laude perenni,  
Quem Barri genuit gens generosa Ducum.  
Filia Regis erat genitrix, de culmine summo  
Francorum, & cuncta nobilitatis apex.  
Hunc decus & mores quondam celebrare solebant,  
Dum Portuensi cardine dignus erat.  
Egregius pariter presentis pastor ouilis,  
Ac Virdunensis Pontificalis honos.  
Ambiguus certa præponens, tuta timendis,  
Spreuit opes orbis religione fruens.  
At quia non moritur virtus, quid Parca tulisti?  
Clara per æternos stat sibi fama dies  
Mille quatercentum terdenos iunxerat annos  
Delius, & Iulij tempora mensis erant:  
Nunc matris precibus, æternæ dona quietis  
Illi pro meritis det Deus omnipotens.

834. A. In Monasterio Bonipassus Carthusianorum.  
Hic iacet Reuerendissimus Pater Michaël de La

Selua, legū doctor, natione Nauarrus, S. Georgij  
ad velum aureum diaconus Cardinalis, obiit apud  
Monachum Niciensis Diœcesis die 16. Augusti,  
anno 1406. & fuit nepos Domini Martini Car-  
dinalis Pampilonensis vulgariter nuncupati, in  
hac capella etiam sepulti, quorum anima requies-  
cant in pace. Amen.

838. E.

Romæ in Basilica S. Petri.

Ortus in Hispanis Præsul dignissimus, oris  
Fonseca de prole Petrus, lux, gloria magni  
Sanguinis, & patrij super exaltator honoris,  
Hic iacet, à sacro titulum Michaële recepit  
Cardineum, cuius sapientia claruit, altas  
In laudes sensati animi, mirabilis iste  
Doctor erat, diuina colens & amator honesti,  
Mente pius, recti prudens moderator & æqui,  
Venit amara dies quæ diræ syncopa mortis  
Heu Patrem hunc rapuit, Dominus labentibus annis  
Mille quadringentis bis denis atque duobus,  
Dum vigena dies Augusti panderet astra  
Spiritus in cælo tecum sacer Angele uiuat

847. A

Antonii Corario Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 73.

F.

Lucaë Manzoli Cardinalis Epitaphiū habes  
supra pag. 76.Petri Mauroceni Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 76.

850. D.

Recanati in Cathedrali.

Maximus Ecclesie Princeps, summusq; Monarcha  
Ordine Gregorius bis senus clauditur arca.  
Hic pro pace datus, cælesti munere semper  
Ferbuit æthereos superis munire decenter,

EPITAPHIA. XXI

Archischisma malum, facta hæc dementia Pisis,  
 Ipse pius releuat, facta est Constantia testis,  
 Cardine bis sacro pastoris conscia sede  
 Marchia suscepit Racaneti Flavius æde. Obijt  
 anno Domini 1417.

855. Alexandri Papæ quinti Epitaphium habes supra pag. 72.

860.D. Romæ in æde S. Mariæ Maioris.  
 Laudibus æternum senior celebrandus in æuum  
 Hic Franciscus habet cineres, quem clara creauit  
 Landa domus, Venetæ proles sanctissima gentis,  
 Ætherea virtute nitens, ius nactus utrumque  
 Doctor erat, cleri lumen, grauis author honesti,  
 Iustitiæ sublimis apex, expertus honores  
 Ecclesiæ meritos Gradi sibi credita sedes  
 Hinc Constantina Patriarcha appositus urbi:  
 Hierusalem sacri titulum post Cardinis auctum  
 Crux dedit, hic summa Pisani laude peregit  
 Concilij fœdus, Gradi tunc sceptrum tenebat.  
 Feruida Constancj leniuit corda furentis  
 Hic populi, monuitque acies mortique paratus,  
 Inde Sabinem sem titulum dum præsul agebat  
 Spiritus æternum clarus migravit in orbem

E Romæ in æde S. Mariæ nouæ.

Corpus Alamanni Cardinali Pisani: Hic Florentiæ ex Adimariorum antiqua, nobilique familia ortus, utriusque Iuris Doctor & omni literarum genere eruditus, primùm Prothonotarius, deinde Tarentinus, post Pisanus Archipræsul, ad Cardinalatus apicem prouectus est, dum pro Romana Ecclesia Legatione fungeretur in Gallijs, doctorum virorum amator & cultor, vir ipse doctissimus,

Zelator Iustitiæ & communis Reipublicæ boni,  
qui pro Ecclesiæ unionæ apud Pisanum Constan-  
tienque Concilia usque ad optatam conclusionem,  
neminem veritus, laboravit intrepidè. Obijt ex  
peste anno ætatis suæ 60. mensis Septembris die  
17. 1422.

Petri de Aliaco Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 78.

861.

Francisci Zabarellæ Cardinalis Epita-  
phium habes supra pag. 79.

862.A.

Romæ in æde S. Chryfogni hoc Guillelmi  
Philasterij Cardinalis Epitaphiū legitur.  
Sepulchrū Guillelmi tituli. S. Marci, Presbyteri Car-  
dinalis Cœnomanësis Diœcesis Ministri Ecclesiæ  
S. Chryfogni olim decani Rhemësis utriusq; Iuris  
doctoris Habeat De<sup>o</sup> quã creavit animã eius, habet  
natura quod suum est, expectans resurrectio-  
nem, & utriusque vitam æternam, oportet enim  
corruptibile hoc induere incorruptionem, & mor-  
tale hoc induere immortalitatem. Obijt anno  
Domini 1428. mense Nouembris die vero sexta,  
ætatis suæ anno. 80.

Pictavis in Cathedrali.

Simon S. R. E. & S. Laurentij in Lucina Pres-  
byter Cardinalis & Episcopus Pictaensis iacet  
in hoc sepulchro, cuius imago de alabastro est su-  
per tumulum marmoreum posita & statua Car-  
dinalis in proximo pilari prædicto sepulchro conti-  
guo erecta, quî dum fuit Romæ promotus ad Car-  
dinalatum erat Archiepiscopus Rhemensis & pro  
sustentatione sui status fuit etiã sibi datus Episco-  
patus Pictaensis; cuius etiam ante permultos an-

EPITAPHIA. XXIII

nos fuerat Episcopus, & fundauit in ista Ec-  
clesia vnā prabendam cum grosso quadragin-  
ta librarum pro nutrimento vnius Magistri &  
sex puerorum in musica instruendorum ad fa-  
ciendum diuinum seruitium . . . . .

879.A. Ludouici L'Allemand Cardinalis Epita-  
phium habes supra pag. 79.

Romæ in æde S. Mariæ Maioris.  
*Antonij de Senis tituli. S. Marcelli Presbyteri  
Cardinalis qui obiit 4. Februarij 1439.*

F Raymūdus Mayrosius de Auulhano Ru-  
thenensis Dicecesis Gallus Cardinalis  
Romæ in æde S. Praxedis hoc habet  
Epitaphium.

*Ego Raymundus Mayrosi tituli. S. Praxedis,  
presbyter Cardinalis Castren. vulgariter nuncu-  
parus, Hæc est requies mea vsque in finem secu-  
li. Hic habitabo quoniam elegi eam. Orate  
pro me frates anno Domini 1427. die 22. mensis  
Octobris obi.*

879.D. Nicolai Albergati Cardinalis Epitaphiū  
habes supra pag. 80.

Hispani in Cathedrali.

*Postquam eximio nitore virtutum Reuerendissi-  
mus Dominus Ioannes de Ceruantes cum titulo  
S. Petri ad vincula galarum optimè meruit, di-  
gnissimosque per orbem edidit fructus; quoniam to-  
tius Ecclesiasticæ honestatis ostium fuit indicatus  
Ostiensem sedem obtinuit, tandem grauescente iam  
ætate Hispanensem metropolim sapienter admi-  
nistrans Ecclesiam (ut Prælatum decet) reliquit*

heredem, tum inter probatissimas operationes hospita-  
le famosum dotatissimumque in ciuitate Hispalensi  
prius edificauit. Obijt 25. Nouembris anno Domi-  
ni 1453.

880. A.

Romæ in Basilica S. Petri.

Hic de la Porta Iacet Ardicinus, utroque

Iure tenens primum Doctor in orbe locum:

Primus & orabat per Consistoria causas;

Iustitiam summa religione colens.

Post ad Cardineum meritò exaltatus honorem,

Inter Apostolicos sedit & ipse Patres.

Talem Roma tibi Lombarda Nouaria misit

Insignem generis nobilitate virum.

Romæ in Basilica Lateranensi

Hic iacet Reuerendiss. in Christo Pater & Domi-  
nus Dominus Dominicus Ram. Episcopus Por-  
tuensis S.R.E. Cardinalis, Terraconen nuncupa-  
tus, qui obiit anno Domini 1445. mense Aprilis.  
ætatis suæ anno centesimo vel circa.

891. E

Romæ in æde S. Bernardi iuxta Traiani co-  
lumnâ.

Christo Saluatori Angeloto Fusco Patritio Romano ob-  
singulares eius animi dotes ab Eugenio 4. Pontifice  
Maximo in Cardinalium numerum adscito, Late-  
ranensis Ecclesie Archipresbytero. Horatius Fus-  
cus Senatus Populique Romani scriba gētili suo me-  
morie causâ posuit 1580.

C.

Ioannis de Taillacotio Cardinalis Epitaphiū  
habes supra pag. 82.

F.

Genuæ in Cathedrali.

Sepulchrum Reuerendissimi Domini Domini Georgij  
Episcopi Hostiensis Cardinalis de Flisco, Archiepis

EPITAPHIA. XXV

*copi ac Prouincia Genuen. Legati, qui obiit anno  
Christi 1461 die xi. Octobris.*

**B**essarionis Cardinalis Epitaphium habes su-  
pra pag. 85.

895.C. **G**erardi Landriani Cardinalis Epitaphium  
habes supra. pag. 85.

D. **R**omæ in Basilica Lateranensi.

*Sepulchrum Domini Antonij Cardinalis Portu-  
gallensis, qui obiit Romæ die xi mensis Iulij anno  
à natiuitate Domini 1447. Cuius anima requies-  
cat in pace. Amen.*

**F**

**I**oannes le Ieune frater Guillelmi Domini  
de Coufay Burgūdiæ Ducis ad Eugeniū  
quartum Oratoris in æde S. Laurentii in  
Lucina hoc habet Epitaphium.

*Hic iacet corpus R. Patris & Dominini Do-  
mini Ioannis tituli S. Laurentij in Lucina Sacro-  
sancta Romana Ecclesie Presbyteri Cardinalis Mori-  
nensis nuncupati qui obiit anno 1451. die nona men-  
sis Septembris. Miserere mei Deus quia in te sperauit  
anima mea.*

897.C. **R**omæ in Basilica Lateranensi.

*Hoc in tumulo sepulta est pars corporis Reueren-  
dissimi in Christo Patris & Domini Alberti de Al-  
bertis de ciuitate Florentia S.R.E. tituli S. Eustachij  
Diaconi Cardinalis qui obiit in Abbatia Cryptæ fer-  
rata tempore Domini Eugenij Papæ quarti, anno  
Domini 1435. die vero 3. Id. mensis Augusti, cuius  
anima requiescat, in pace. Amen.*

Dd

900. B.

Romæ in æde S. Clementis.

*Heu decus heu lumen tibi nunc domus incluta Sancto,  
 De Allesio perijt tuus ipse colendus Hericus,  
 Hac requiescit humo, primùm qui tempore longo  
 Præsul in urbe fuit Terdonæ, dehincque Papiæ,  
 Post Mediolani sacer Archiepiscopus, inde  
 Pro virtute sua rubeo fuit ecce galero  
 Per Papam Eugenium donatus in ordine quartum.  
 Hic pius, hic sapiens, hic iustus, castus, honestus,  
 Seruorumque Dei protector in omnibus ardens,  
 Hic testamentum renuit sibi condere dicens,  
 Cuncta fore Ecclesiæ, se cuncta relinquere Christo,  
 Qui dedit, æc tandem cum sexaginta subisset  
 Annorum ætatem, iubilei tempore sancti,  
 Mille quadringentis & quinquaginta sub annis,  
 Atque die quarta Iulij, deuotus & almus,  
 Spiritus ille suus, fœlix super astra volauit*

921. C.

Romæ in Basilica S. Petri.

*1459. die 12. mensis Septembris Antonius Cerdanus  
 Maioricensis Cardinalis quieuit in Domino.*

922. F.

*Alanus de Coetiuy filius Pregentis Franciæ  
 Admirali in æde S. Praxedis hoc habet  
 Epitaphium.*

*Sedente Sixto 4. Alanus Episcopus Sabinensis  
 Ecclesiæ Romanæ Cardinalis nobilissimus, in Brito-  
 nibus Coetiunorum gente natus, illustri Legatione ad  
 Gallos profide functus, cuius vita exemplum virtu-  
 tis, actiones autem priuatim & publicè salutare fue-  
 re, hoc monumento conditus est. Vixit annos 66. men-  
 ses 8. dies 15. 1474.*

L.C.

Romæ in æde S. Laurentii in Lucina.

*Philippo Calandrino Sergianensi Cardinali Bononiensi, Episcopo Portuensi, Sanctæque Romanae Ecclesiae summo Pœnitentiario Nicolai quinti Pontificis Maximi fratri Ioannes Mathæus Calandrinus patruo charissimo posuit. Vixit annos 73. Obijt anno salutis Christianæ 1470.*

Nicolai de Cusa Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 90.

924. C.

Guillelmus Huyn de Stagno Viridunensis Diœcesis in æde S. Sabinæ hoc habet Epitaphium.

*Vgonis Guillermus eram consultus utroque Iure, sed è Stagno Viridunis natus in oris Presbyter intactæ titulo præstante Sabinæ Inter Cardineos donatus denique Patres. Obijt anno 1455. die 28. Octobris.*

935. C.

Neapoli in Cathedrali.

*Raynaldus Piscitellus Pontificio Iuri operam dedit, mox Archiepiscopus Neapolitanus, deinde Cardinalis evasit, in utroque perhumaniter versatus mirificè observabatur, Decessit ætatis suæ 43. & hic clauditur anno Domini 1458.*

Ioannis de Mela Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 92.

D.

Romæ in æde S. Mariæ super Mineruam.

*Qui fuit urbis honos generosa prole Thebaldus  
Frigida marmoreo Iacobus tenet ossa sepulchro,  
Cæsareas norat leges, Montisque Feretri  
Præsul erat, nullique fide & pietate secundus,  
Pauperiem tollebat humo, clarisque fauebat*

Ingenijs, iustique pater moderator & equi,  
Cuius virtutem admirans, animumque pudicè n  
Cardineo Diuus decoravit honore Calixtus. Qui  
obijt anno Christi 1466. die quarta mensis Sep-  
tembris horâ decima sexta.

Romæ in Basilica S. Petri.

Richardus Episcopus Portuensis Cardinalis Con-  
stantiensis, Normandiâ oriundus, hoc altare vetustif-  
simum novâ facie, & dote nova testamento iussit or-  
nari ubi in pace requieuit 1470.

941.E.

Romæ in Basilica S. Petri.

Sedente Sixto quarto Pontifice Maximo Be-  
rardo Herulo Narniensi Episcopo Sabinensi S. R. E.  
Cardinali Spoletino, Pontificij, civiliſque Iuris sum-  
mo interpreti, iustitiæ, religionis cultori, singulari inte-  
gritate cunctis eximijs Romana curiæ honoribus fun-  
cto, abstinentiâ, seueritate insigni, humane vitæ exem-  
plo, à Pio 2. Pontifice maximo Cardinali ob virtutem  
creato, ceteris Pontificibus ac Patribus æquè charo.  
Constantinus Episcopus Spoletinus auunculo B. M.  
posuit. Annum agens 70. communi omnium bonorum  
mærore, immortalis de se apud posteros famâ relicta,  
decessit 3. Non. Aprilis anno salutis 1479.

942.B.

Romæ in æde S. Cecilie.

Nicolao Pistoriensi cognomento Fortiguerra. S.  
Cecilie Presbytero Cardinali, expugnato Fano, su-  
perata Flaminia, deuictis Sabinis, Eversanisque ho-  
stibus, de Ecclesia benemerito, fratres pientissimi fa-  
ciendum curarunt, is ut foris inuicti, ita domi senten-  
tiji dicendis grauis & constantis animi est habitus.

*Vixit annos 54. menses 2. dies 14. 1473.*

C. Alexandri Oliuę Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 94.

944. A. Romę in æde S. Clementis.

*Hoc monumento clauditur urbi, doctis, & bonis omnibus desideratissimus Bartholomeus Rouerella ob solas animi dotes singularemque fidem & scientiam Eugenii 4. Pontificis Maximi Secretarius, & ab eodem Archiepiscopus Rauennas, inde à Pio 2. Pontifice maximo tit. S. Clementis presbyter Cardinalis creatus, qui legationibus multis pace & bello peractis, dum Xisti 4. Pontificis Maximi & collegarum beneuolentia, principumque ac nationum plurimarum clientelis insignis tranquillam & consiliis utilem sexagenarius ætatem ageret, omni supellectile in familię remunerationem distribui iussa, Romę obiit anno salutis 1476. 6. Non Maij. Testam. execut. collegæ.*

Romę in æde S. Marię de Aracęli.

*Ludonicus tituli Sanctorum Petri & Marcellini presbyter Cardinalis natione Gallus gente de Albreto, Regio Francorum sanguine natus, moribus & vita clarus hic in pace quiescit. Vixit annos 42. menses 8. dies. duodecim. Obijt Romę anno 1465 die quarta mensis Septembris.*

C. Iacobi Amanari Cardinalis Papiensis Epitaphium habes supra pag. 96.

961. D. Theodori Leli Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 98.

E. Oliuerii Carafę Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 187.

Marci Barbi Cardinalis Epitaphium habes

supra pag. 99.

963. A. Ioannes Baluë Viridunensis in æde S. Praxedis,  
hoc habet Epitaphium.

*D. O. M. Ioanni Andegauensi Episcopo Albanensi,  
hic Heros prospera & aduersa varia vsus fortuna in  
Piceno sub Innocentio 8. Legatum agens septuagena-  
rius gloriôsè obiit, infelicitatis humanæ felicitatis ex-  
emplum memorabile. Antonius Episcopus veteris a-  
micitiæ memor posuit.*

964. A. Venetiis in æde S. Marci.

*Ioanni Baptista Zeno Pauli 2. ex sorore nepoti  
S. R. E. Cardinali meritissimo. Senatus Venetus cum  
propter eximiam eius sapientiam, tum singularem pie-  
tatem & munificentiam in patriam quam amplissimo  
Legato moriens prosecutus est, M. PP. C. etatis 62.  
Obiit 1501. in Maio.*

Ioannis Michaelii Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 187.

972. C. Romæ in æde Sanctorum Apostolorum.

*Petro Saonensi ex gente Riaria nobili, ac vetusta  
ex ordine minorum Cardinali S. Sixti Patriarchæ  
Constantinopolitano, Archiepiscopo Florentino, Peru-  
si Umbriaque Legato, Xistus 4. Pontifex Maxi-  
mus nepoti B. M. posuit. Vixit annos 28. menses 8.  
dies 6. gratia, liberalitate, ac animi magnitudine in-  
signi, totius Italiae Legationibus perfunctus moritur,  
magno de se in tam florida etate desiderio relicto, quip-  
pe qui maiora mente conceperat & pollicebatur ut æ-  
des miro sumptu apud Apostolos inchoatæ ostendunt.*

1474.

974. D. Romæ in æde S. Mariæ Maioris.

Philippus de Leuis tit. SS. Petri & Marcellini  
 Cardinalis Arelatensis è Gallia ortus, illustris mori-  
 bus, virtute illustrior, Romano Pontifici & Christia-  
 nissimis Francorum regibus magno in pretio habitus,  
 in Senatum Apostolicum probitate adscitus, Obiit suo  
 natali, magno sui desiderio relicto, quippe qui corporis  
 & animi bonis præditus, summæque authoritate pol-  
 lens, profuit quibus potuit, obfuit nemini. Vixit annos  
 40. Obiit anno 1475. pridie Nonas Nouembris.

E. Romæ in Basilica S. Petri.

D. O. M. Stephano Nardino patriâ Forliuensi  
 tituli S. Mariæ Trans-tyberim presbytero Cardinali  
 Mediolanensi, Legato Auenionēsi. Obiit anno salutis  
 1484. xi. Kalend. Nouembris.

Romæ in æde S. Sabinæ.

Ausia Valentino patriâ Setabensi, Cardinali  
 Montis regalis nobili Podiorum familia orto, viæ  
 sanctimonia, sacrarum literarum cognitione, & omni  
 virtutum genere exornato, qui variis Hispanorum  
 regum Legationibus functus urbem prudenter guber-  
 nauit, exinde à Xisto 4. in sacrum Collegiū ascriptus,  
 Thuscoferuente bello, in Germaniam Legatus Apo-  
 stolicae sedis profectus est, Casarem eloquio demulxit,  
 nationem in Turcos animauit, rediens Diuæ Sabinæ  
 tituli sui ad eam sacerdotibus & ædificio auxit. Com-  
 positus postremo rebus familiaribus mortalitatē exiit  
 anno ætatis 60. salutis Christianæ 1483. 7. Idus  
 Septembris. Par vitæ religiosus exitus pecuniam ege-  
 nis alimentum, amici testamentarij integra fide distri-  
 bui curauerunt.

Vt moriens viueret, vixit ut moriturus.

Toleti in Cathedrali.

Petro Mendocæ Cardinali Patriarchæ Archipræsuli,  
de Ecclesia bene merenti.

Cardineo quondam Petrus lustratus honore

Dormit in hoc lapide nomine qui vigilat. Obiit  
anno salutis 1495. 3. Idus Ianuarij.

Romæ in æde S. Clementis.

Antonio Iacobo Venerio Rahanatensi tituli S.  
Clementis presbytero Cardinali, Episcopo Conchenfi,  
magnanimitatis, constantiæ, seueritatis, fidei, integritatis  
exemplo, cunctis in Romana curia honoribus, ac in  
omnibus pene occidentis oris, mira gratia, felicissimoque  
successu legatione perfuncto in Cardinalem ob merita  
totius Senatus suffragiis assumpto. Xystus quar-  
tus Pontifex Maximus B. posuit annum agens 57.  
tertio Nonas Augusti, anno salutis 1479. in patria  
decessit.

F. Mediolani in æde S. Ambrosii.

Ioanni Arcimboldo presbytero Cardinali auo pa-  
terno legitimo & Guidoni Antonio Arcimboldo pa-  
truo magno Archiepiscopo Mediolani & sibi, Ioannes  
Angelus Arcimboldus ab Episcopatu Nouarien. cui  
24. ann. præfuerat ad Archiepiscopatum Mediolanen-  
sem translatus. V. F. Idem annos 70. natus mortem  
obiit 13. Id. Aprilis 1555.

976. C. Romæ in æde S. Mariæ de populo.

Georgius Episcopus Albanen. Cardinalis Vlixpo-  
nen. dum se mortalem animo voluit viuens sibi posuit.  
D. O. M. Georgius Lusitanus Episcopus Portuensis  
S. R. E. Cardinalis Vlixponensis, virtutisque doctri-  
næque ergo in regiam adscitus, ac multis domi forisque  
praclaris facinoribus editis, ad regni procurationem

proiectus, à Xysto 4. in Senatum allectus, Romam-  
que adscitus, magnam ingenij, pietatis, prudentiaque  
laudem adeptus sub Iulio 2. Pontifice Maximo quem  
unicè dilexit & obseruauit, annum agens secundum  
supra centesimum. Obijt 1508.

Romæ in ædè S. Mariæ supra Mineruam.

Petro Ferreri è citeriore Hispania oriundo, tit. S.  
Sixti presbytero Cardinali Tirasonensi, quem ut sin-  
gulare ætatis suæ integritatis, iustitiæ doctrinæ, reli-  
gionis, & virtutum omnium exemplar Principes &  
nationes omnes Christianæ patrem & patronum, duo  
præcipuè clarissimi Pontifices Romani Paulus 2. &  
Xystus 4. in rescribendo & nauicula Petri regenda,  
dexterâ suam appellare dignabatur. Cum de humano  
genere & hac Sede summo cum labore & patientia be-  
nemeritus, incredibili de se apud mortales omnes desi-  
derio relicto Romæ obiisset anno salutis 1478. 7. kal.  
Octobris, Dominicus Cardinalis S. Clementis colle-  
gæ & Andreas Episcopus Tirasonensis auunculo B.  
M. Vixit annos 63. menses quinque, dies x.

Romæ in ædè S. Mariæ de populo.

Ioanni Baptista Millino utriusque iuris consulto  
quem ob eius religionem, prudentiam, iustitiam, meri-  
tâque erga sedem Apostolicam Xystus 4. Pontifex  
Maximus congratulantibus omnibus in numerum  
Cardinalium retulit. Petrus Millinus fratri B. M.  
posuit. Is ubi Legatus post mortem Galeacij Ducis  
Insubrum Liguurumque res turbatas composuisset, 73.  
ætatis anno moritur, incredibili de se apud omnes desi-  
derio relicto, Vale qui legis, & opta ut multi huic  
viro persimiles humano dentur generi. Obiit anno  
Domini 1478. nono Kalendas Augusti.

## EPITAPHIA.

Romæ in æde S. Mariæ de Populo.

Christophoro Ruuero tituli S. Vitalis presbytero Cardinali, doctrinâ, moribus ac pietate insigni, Dominicus Xisti 4. Pontificis Maximi beneficio mox tituli successor ac muneris fratri B. M. & sibi posuit. Vixit annos 43. menses 7. dies 19. Obijt anno octauo Pontificatus Xisti. kalendis Februarij.

Concordes animas piâsque mentes,  
Vt dicas licet vnicam fuisse,  
Commisti cineres sequentur & se  
Credi corporis vnus iuuabit.

Romæ in æde S. Mariæ de Populo.

D. O. M. Hieronimo Basso Saouonensi Xisti 4. Pontificis Maximi sororis filio, Episcopo Sabinensi, Cardinali Recanatensi, in omni vita constanti integro, religioso. Iulius 2. Pontifex Maximus amitino suo B. M. posuit 1507.

F. Raphaelis Riarii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 188.

980. A. Taurini in Cathedrali.

Dominicus de Ruuere Cardinalis tituli S. Clementis, qui ædem hanc à fundamentis perfecit hic pro tempore quiescit.

981. A. Romæ in æde S. Mariæ de Populo.

Hic iacet Dominus Ferricus de Cluniaco, natione Burgundus, Iuris vtriusque Doctor, tituli S. Vitalis presbyter Cardinalis, Episcopus Tornacensis, qui obiit die Martis 7. Octobris, anno salutis 1483. Orate Deum pro salute animæ eius.

Romæ in æde S. Mariæ de Ara-cæli.

Ioannes Baptista Sabellus S. R. E. Diaconus Cardinalis, temporum varietate ac malignitate bis ad

Cardinalatum electus est, in mole Hadriani detentus semper tamen honorificè liberatus, sub Paulo, Xysto, Innocentio, Alexandro, Ducatus Bononiae, Marchiae Genuae Legatus plene & clarè functus, fragilitat. humani generis meditat. monumentum viuens sibi posuit, Vixit annos 71. dies 12.

B. Romæ ad Sanctos Apostolos.

Ioannes Columna diaconus Cardinalis primarius, Romani nominis, salutis, libertatisque publicæ column hic situs est. Vixit annos 51. menses tres. Obiit 1508. Septembris, 26.

983. A. Romæ in æde S. Augustini.

Ioanni Iacobo Sclafenato Mediolanensi Diui Stephani in Celio monte presbytero Cardinali Parmensi, ob ingenium, fidem, solertiam, ceterasque animi & corporis dotes à Xysto 4. Pont. Maximo, inter patres relato, fortunis undecumque ornato, eisque perpetua modestiâ, incomparabilique grauitate annos 14. functo. Philippus Eques ordinis Hierosolimitani fratri concordissimo, nato 4. Eidus Septembris 1450. mortuo sexto Eidus Decembris 1496, mærens B. M. posuit.

C. Romæ in æde S. Mariæ de Populo.

D. O. M. Ascanio Mariæ Sfortiæ Vicecomiti, Francisci Sfortiæ Insubrum Ducis filio, Diacono Cardinali S. R. E. Vicecancellario, in secundis rebus moderato, in aduersis summo viro. Iulius 2. Pontifex maximus virtutum memor, honestissimarum contentionum oblitus, sacello à fundamentis erecto, posuit.

984.

Sixto Papæ quarti Epitaphium habes supra

pag. 99.

998.

Ardicini de la Porta Cardinalis Epitaphium  
habes supra pagina 188.

1001. F.

Andræas d'Espinay Cardinalis Lutetiæ iacet in æde Cælestinorum cum hoc Epitaphio  
*Cy gist Reuerend Pere en Dieu Messire Andry d'Espinay Cardinal Archeuesque de Lyõ & de Bourdeaux, Primat de France & d'Aquitaine, Zelateur & bienfaicteur de l'ordre des Cælestins qui trespassa à Paris aux Tournelles le x. iour de Novembre l'an de grace mil cinq cens. Priez Dieu pour luy.*

1002. B.

Venetiis in Patriarchali.  
*Maphæus Gerardus Patriarcha Venetiarum & Dalmatie Primas. S. R. E. Cardinalis. Locus carnis propriè terra est.*

1015. C.

Ioannis Antonii de Sancto Georgio Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 104.

Bernardi Caruaial Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 105.

D. Raymundi Peraud Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 106.

E. Dominici Grimani Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 107.

F. Bernardini Lonati Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 108.

1017. C.

Ioannes de Castro Valentinus Episcopatus Slesuicensis in Germania administrator Romæ iacet in æde S. Mariæ de Populo cum hoc Epitaphio.

*D. O. M. Ioanni de Castro illustri citerioris Hispaniæ familia S. Priscæ presbytero Cardinali Agrigentino ab Alexandro 6. Pont. Maximo ob*

E P I T A P H I A. XXXVII

consilium, humanitatem, innocentiamque, in Senatum  
ascito, & in eo annos decem integerrimè versato, qui  
vixit annis 75. mensibus 6. diebus 7. Oluerius  
Carapha Ostiensis & Ioannes Antonius Sabinensis  
Episcopi Cardinales ex testamento posuerunt 1506.  
Iulio 2. Pont. maximo.

18. B.

Romæ in æde S. Mariæ super Mineruam.

D. O. M. Aloysio Cardinali Arogonio Regum  
Neapolitanorum Ferdinandi Nepoti, Alphonsique  
prioris pronepos, qui vixit annos 44. menses 4. dies 14.  
Franciotus Cardinalis Ursinus ex testamento faciun-  
dum curauit anno 1533.

Ergo cuncta licent Lachesis tibi, nec datur ulli

Euitare tuas, inproba posse manus.

Regibus ille atanis Aloysius editus, ille

Cui roseus sacro vertice fulsit apex.

Ille uni virtus omnis cui contigit unus,

Qui contra hæc potuit, viuere sæcla iacet.

Heu quot nos mortale genus sperabimus annos.

Si vita est ipsis tantula numinibus.

E.

In Cathedrali Cenomanensi.

Hic iacet corpus Illustrissimi Philippi à Lucem-  
burgo S. R. E. Presbyteri Cardinalis Legati à latere in  
Gallia, Episcopi Cenomanensis qui obiit quarto No-  
nas Iunij 1519.

Iacobus Serra Valentinus Hispanus Romæ  
iacet in æde S. Iacobi Hispanorum cum  
hoc Epitaphio.

D. O. M. Iacobo Serræ Episcopo Prænestino  
S. R. E. Cardinali Arborensi. Antonius de Monte  
Cardinalis S. Præcedis executor ex testamento  
posuit.

B.

Hispali in Cathedrali.

Reuerendissimo atque illustrissimo Didaco Hurtado de Mendoza, quem clarissimum genus, insignis litterarum scientia, inuiolata in suos Reges fides, sanctissima equitas in omnes, regalis munificentia in amicos & pauperes ac ingens animi magnitudo & temperantia celeberrimum reddiderunt, nec non religio & Pietas in Deum Opt. Maximum, Hispalensem Archiepiscopum, Patriarcham Alexandrinum & Hispaniæ Cardinalem extulerunt. Inicus Lopes de Mendoza Tendilla Comes, germanus natu maior, Generalis Granatensis Regni Capitaneus & Illiberitanarum arcium primus praefectus, hunc fratri marmoreum tumulum satis maiora merenti, posuit. Vixit annos 58. 14. Octobris 1502. Obijt.

Romæ in æde S. Augistini.

D. O. M. Ioanni Verae Algeritano agri Valentinii, Casarei Pontificijque Iurium Consultissimo Presbytero S. Balbinæ Cardinali Salernitano, qui ab Alexandro 6. Pontifici maximo vltro ex Hispania accitus, & inter Patres relatus, Picæno Æmiliaque magna prouincialium commendatione praefuit, difficilimisque Ecclesiæ temporibus duobus praesertim interpontificijs, cum magnas turbas composuisset, pacem, quietem, otiumque urbi Romæ reddidisset, tanti Pontificis iudicium summa prudentia, integritate, animique magnitudine comprobauit, Vixit annos 53. menses 5. dies 9. Oliuerius Neapolitanus & Franciscus Cosentinus S. R. E. Cardinales ex testamento posuerunt.

**C.** Romæ in æde S. Mariæ de Populo.

Ludouico Podocatharo Cyprio Presbytero tituli S. Agathæ Cardinali Caputaquensi nuncupato, philosophorum illius temporis doctissimo, in re Ecclesiastica gubernanda multos annos difficillimis temporibus summa prudentiæ, iudicij, integritatis laude versato, eiusque ergo amplissimæ dignitatis præmia, optimis Patri quibusque ex postulantibus adeptæ, dignoque omnium sententia maiora accipere, qui maxima esset cõsecutus. Vixit annos. 75.

Romæ in æde S. Mariæ de Populo.

Antonio Triuultio Mediolanensi, summa nobilitatis, integritatisque viro, ac S. R. E. Presbytero Cardinali Comensi qui vixit annos 51. menses 2. Obijt decimo quinto kalendas Aprilis 1508. Iulio secundo Pontifice Maximo.

1022. C.

Ioannis Stephani Ferrerii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 108.

1203. E.

Francisci Soderini Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 109.

F.

Romæ in æde S. Saluatoris de Lauro.

Francisco de Spratis ex Aureola citerioris Hispania tituli Sanctorum Sergij & Bacchi Presbytero Cardinali Legionensi nobili genere, integritate vitæ, doctrina singulari & rerum gerendarum prudentia, Alexandro 6. Pontifici maximo, & Ferdinando Elizabethque Catholicis Hispaniarum Regibus gratissimo, de Republica Christiana optimè merito, qui obiit 4. Idus Seprembris 1504. Vixit annos 56. Franciscus Cosentinensis & Ioannes Salernitanus S. R. E. Cardinales ex testamento posuerunt.

E Galeoti de Ruuere Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 110.

1056. C. Romæ in Basilica S. Petri.

*Deposuitur Martij Sanctiorij Cardinalis S. Sabinae.*

E Romæ in æde S. Praxedis.

*Gabriel ex Fano Fortune ex gente sui nominis cooptatus in sacrum collegium Cardinalium à Iulio 2. Pontifice Maximo pro Clementia sua Sanctitatis, rediens ex Legatione Perusina hinc diem functus est. Vixit annos 66. Iacetque sub hoc paruo lapide. Mantuæ in Cathedrali.*

*Sigismundo Gonzaga Cardinali qui cum generis splendore bonitatem adæquauit.*

Laureti in æde B. Virginis.

*Ludouico Cardinali Ambasiano Gallo Albiensi Episcopo, præter generis nobilitatem singularis pietatis viro, ac omnes omnium virtutes complexo Georgius Cardinalis Armeniacus affini & primæ ætatis alumno, neglecto & collabente in tumulo iacenti, voti reus huc post sextum & trigesimum ab eius obitu annum cum venisset pro tempore posuit 1553. Kal. Octobris.*

1058. A Francisci Ximenii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 111.

E Romæ in æde S. Petri ad vincula.

*D.O.M. Xystus Iulij 2. nepos, Xysti 4. Pont. Ma. pronepos. S. Petri ad vincula è familia Roborea quartus Presbyter Cardinalis S. R. E. Vicecancellarius, sepulchrum in templo à sua familia dotato, instaurato, ornato, viuens sibi elegit. Obijt 8. Martij 1517. annum agens 44.*

1060. A

1050. A Christophorus Vrsuicius Anglus Cardinalis in æde S. Thomæ Anglorum Romæ hoc habet Epitaphium.

*Christophoro Archiepiscopo Eboracensi S. Praxedis Presbytero Cardinali Angliæ, à Julio 2. Pontifice Maximo ob egregiam operã S. R. Ecclesiæ præstitam, dum sui regni Legatus esset, assumpto; quam mox domi & foris Castris Pontificijs præfectus, tutatus est.*

B. Antonii de Monte Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 111.

E. Achillis de Grassis Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 112.

1072. B. Laurentii Puccii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 113.

C. Bernardi Tarlati Cardinalis de Bibiena Epitaphium habes supra pag. 113,

D. Romæ in æde S. Mariæ super Mineruam.

*D. O. M. Innocentio Cybo Ianuensi Diacono Cardinali Bonifacij 9. Tomacelli Pontificis Maximi agnato, Innocentij 8. Pontificis Max. nepoti. Leonis x. Pont. Maximi sororis germanæ filio, Clementis 7. Pontificis Maximi Sororis Patrueli filio. Vixit annos 58. menses 7. dies 19. Cardinalis 37. ann. fuit, decessit Idibus Aprilis anno 1550. sui posuere.*

1073. F. Bituricis in Cathedrali.

*Cy gist feu de bonne memoire monsieur Antoine Bohyer Cardinal du saint Siege, Archeuesque de Bourges & Abbé de Fescamp qui trespassa le 27. de Nouembre 1519.*

*Antonius iacet hic Boberius, origine quondam*

*Aruerna, eloquio vir meritisque grauis.*

*A puero monachus, claustris compluribus Abbas*

*Dignus, & hac celebri præsul in æde fuit.*

*Tempore non multo plures sortitus honores,  
Cardineo tandem schemate clarus obit.*

1078 .B

Senis in æde Prædicatorum.

*D. O. M. Raphaëli Petruccio Cardinali patruo  
Optimo vita functo 1522. Antonius Maria Ioannis  
fratris filius ponendum curavit anno 1570.*

Romæ in æde S. Mariæ de Ara-cœli.

*Andrea de Valle Cardinalis Episcopi Prænestini  
ossa hæc sita sunt. Vixit annos 70. menses 8. dies 5.  
tertio Nonas Sextilis esse inter nos desit.*

*Sitibi par ausis æuum natura dedisset,*

*Nactum erat amissum, Martia Roma decus.*

1080 .B.

Laurentii Campegii Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 115.

C.

Ferdinandi Ponzeti Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 117.

Romæ in Basilica S. Petri.

*Aloysio vetutissima ac nobilissima Rossorum Flo-  
rentiæ familiæ orto, ob eius in Mediceam familiam  
affinitatem, fidem, & obseruantiam, Leoni x. Pont.  
Maximo apprimè grato, ob eius ingentes animi, cor-  
porisque dotes in Cardineum Senatuum ascito, & mox  
cum totius Romanæ curiæ luctu immatura morte per-  
empto. Idem Leo x. Pont. Maximus temporaneum  
monumentum, donec in patriam sepulchro tanto viro  
digno tumulandus portaretur, fieri fecit. Obijt anno  
Domini 1519. Mensis Augusti die 20.*

Romæ in æde S. Mariæ trans Tyberim.

*Francisco Armellino Perusino tituli S. Marci, post  
S. Calixti Presbytero Cardinali S. R. E. Camerario,  
Marchiæ Legato, viro indefesso, & ingenij supra ho-  
minem acris, qui vixit annos 57. menses 3. dies 12.*

Obijt mense Octobris 1527. Marcus Antonius & Innocentius affines posuerunt.

Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 119.

D. Ægidii de Viterbio Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 119.

E. Romæ in æde S. Laurentii in Lucina.

D. O. M. Sylvio Passerino tit. S. Laurentij in Lucina Presbytero Cardinali Cortonensi amplissimo, qui ob eius singulares virtutes à Leone x. cuius Datarius fuerat, Cardinalis creatus, dum Tusciæ Perusij, totiusque Umbriæ sub Clemente 7. summa prouincialium, omniumque commendatione legatione fungeretur, ac acerrimum in ea libertatis Ecclesiasticæ se vindicem præberet, sexagenarius Typherni è viuis, cunctorum mærore excessit; anno 1529. 12. Kal. Maij, in hancque sacram tituli sui ædem, quam viuens excoluerat, transferri se & condi ex testamento iussit. Sylvius Passerinus Archiepiscopus Cosentinus ipsius Cardinalis, ex Nicolao Passerino & Francisca Hieronimi Borbonij Marchionis Montis Sanctæ Mariae filia coniugibus, pronepos patruo magno bene merenti atque sibi adhuc viuens ac de morte cogitans faciendum curauit, anno Domini 1587.

Romæ in Basilica S. Petri.

Francioto Cardinali Ursino, Leonis x. Pontificis Maximi amitino, qui dum annum propè 61. ageret, diem clausit extremum, quarto Idus Ianuarij 1533. Octavius Ursinus patri optimo posuit.

- F. Romæ in æde S. Mariæ Maioris.  
*D. O. M. Paulo Casio Sancti Eustachij Diacono Cardinali à Leone x. electo, libellis gratiæ signâdis præfecto, à Clemere 7. ad præcipuas res agendaas adhibito, Basilicæ huius Archipresbytero. Federicus Cardinalis fratri bene merenti posuit. Vixit annos 56. Obijt anno salutis 1537. quinto nonas Augusti.*
1081. A. Romæ in æde S. Marci.  
*D. O. M. Francisco Pisano Cardinali Episcopo Ostiensi, viro antiquæ probitatis ac Innocentiæ, hæredes ex testamento posuerunt. Vixit annos 76. Obijt 3. kal Iulij 1570.*
1082. E. Erardi à Marka Cardinalis Epitaphiû habes supra pag 189.
1089. Hadriani Papæ 6. Epitaphium habes supra pag. 116.
1090. A. Vvillelmi Enckenvuoirtii Buscoducësis Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 120.
1098. A. Marini Grimani Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 190.
- B. Romæ in æde S. Mariæ de Populo.  
*Andrea Matheo Palmerio Neapolitano S. Clementis Presbytero Cardinali Ioannes Vincentius Palmerius fratri optimo multis cum lacrymis posuit, qui vixit annos 43. menses 5. dies 10. decessit 13. Kal. Februarij 1537. Huius & pius & constans animus non minus docuit fortunam aduersam superare, quàm secundam contemnere.*  
 Francisci Quignones Cardinalis Epitaphiû habes supra pag 123.
- C. Mantuæ in Cathedrali.

*Herculis Gonzagæ Cardinalis & Episcopi Mantuani, magni consilii, magnaue eruditionis viri; dum sacro Concilio Tridentino præsidet, vitâ functi cadaver.*

*Florentiæ in æde S. Mariæ nouellæ.*

*Nicolao Gaddio Thadei filio S.R.E. Cardinali de Republica Christiana optimè merito, sepulchrum hoc patrio deberi Nicolaus Gaddius censuit, anno salutis 1577. Vixit annos 61. menses 8. dies 20. Obiit 1552.*

F. Hippoliti Medices Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 124.

1101. A. Bernardi Clesii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 190.

*In Cathedrali Maurianensi.*

*Hic iacet Reuerendissimus in Christo Pater Dominus Dominus Ludouicus de Gorreuodo tituli S. Casarei in Palatio presbyter Cardinalis Maurianensis nuncupatus, & Sabaudie Legatus, qui hoc sacellum fundauit & dotauit anno Domini 1535.*

*Talaueræ in Hispania.*

*Illustrissimus hic iacet Garcias à Loyasa, Hispanensis Cardinalis, supremi Inquisitionis Senatus, nec non Regij Indiarum Consilij Præsidens, generalisque Hispaniæ commissarius, Obiit anno Domini 1546.*

E. Antonii Puccii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 124.

1102. B. Romæ in æde S. Iacobi Hispanorum.

*Gabrieli Merino, Giennensi Episcopo, à Carolo quinto Imperatore ob sedandas populares Hispaniæ seditiones inter intimos Consiliarios ascito, classi in Italiam nauiganti præposito, bello Pannonico pro com-*

*muni salute suscepto procuratori, rerum castrensi-  
præfecto, à Clemente 7. Pont. maximo ad summos ho-  
nores euecto, 63. ætatis suæ anno rubrico dolore bene-  
acta vita functo P.*

III2. Pauli Papæ 3. Epitaphium habes supra pag.  
108.

III3. Alexandri Farnesii Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 191.

III5. B. Nicolai à Schonberg Cardinalis Epitaphiũ  
habes supra pag. 125.

III6. A. Mediolani in Cathedrali.

*Marino Caracciolo Neapolitano Cardinali Illu-  
stri genere orto, qui plurimis pro Pontifice Casareque  
functus Legationibus, primam Carolo quinto Impe-  
ratori ad Aquisgranum coronam imposuit, Anglos ei  
coniunxit & Venetos; ac demũ à Paulo 3. Ponti-  
fice Maximo in Cardinalium numerum cooptatus,  
dum prouinciam Mediolanensem ab eodem Carolo si-  
bi creditam regeret importuna. morte maxima cum  
Reipublicæ Christianæ iacturâ sublatus est, quinto ka-  
lendas Februarij 1533. annos natus 69. Ioannes Ba-  
ptista fratri optimo posuit.*

III7. C. Bauci in Hernicis.

*Ennio Philonardo Cardinali Episcopo Albanensi  
qui felicitate ingenij, magnarum rerum administratio-  
ne, non solum eius humile à Buca Hernicorum genus  
illustrauit, sed in maximorum Pontificum Innocentij  
8. Alexandri 6. Iulij 2. Leonis x. Hadriani 6. Cle-  
mentis 7. amicitiam receptus, & ab ijs ad Principes  
ad nationes, ad exercitus & prouincias missus, inuicto  
animo & fide, auctoritatem Sedis Apostolicę summa  
cum Reipublicæ utilitate ubique conseruauit, quas ob*

*res benè gestas ut à continuis laboribus aliquando vacaret præmiumque meritorum reportaret; à Paulo 3. ad custodiam arcis Hadriani, mox ad Cardinalatus honorem Senatus Populique Romani ac totius Italiae lætitiâ vocatus fuit: demùm extincto Pontifice, dum Patres eius unius animi pietatem vitæ sanctitatem, innocentiamque respicerent, ipse morbo grauatus, è sacro Concilio in arcem quam seruauerat secedens, humana omnia consilia interrumpens, ad meliora cælestia; incredibili desiderio apud omnes relicto, euolauit: die Decembris 19. anno salutis 1549. ætatis suæ 83. Antonius Episcopus Verulanus, & Saturnus fratris filij testamento hæredes, sepulchrum cum sacello Iesu matrique Virgini & Sebastiano martiri dicato, erigi curarunt.*

Caroli Hemard Episcopi Matiscouensis Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 129.

- D. Iacobi Sadoleti Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 131.
1118. A. Hieronimi Aleandri Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 132.
1227. A. Hippoliti Estensis Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 191.
- D. Petri Bembi Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 134.
- B. Petri Pauli Parisij Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 135.

- E. Bartholomei Vidaccioni Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 135.  
 Dionysii Laurerii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 192.  
 Romæ in Basilica S. Petri.  
*Henricus gente Borgia natione Hispanus, patria Valentinus, Alexandri 6. pronepos, Ducis Gandie filius dum in maximam spem assurgeret, immaturâ morte heu nimium raptus est, spiritus in cælo, corpus hic requiescit.*
1125. D. Marcelli Crescentii Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 136.
- E. Romæ in æde S. Mariæ super Mineruam.  
*Roberto Puccio tit. Sanctorum Quatuor presbytero Cardinali, maiori pœnitentiario, summâ fide atque constantia prædito, Pandulphus Puccius filius patri charissimo atque optimè merenti posuit. Qui vixit annos 82. menses 7. dies 19. decessit 16. Kalendas Februarij 1547.*
1128. B. Thomæ Badiæ Cardinalis Epitaphium habes supra pag. 138.
- D. Romæ in æde S. Onuphrii.  
*Christo Resuscitatori. Christophori Madrutij S. Romanæ Ecclesiæ Episcopi Portuensis, Cardinalis Tridentini ossa hic requiescunt. Obiit 5. Iulij 1578. ætatis suæ 66. eodem quo natus est die recurrente.*
1128. B. Compostellæ in æde S. Iacobi.  
*Illustrissimus Dominus Gaspar de Aualos S. R. E. Cardinalis, Compostellanæ vero Archiepiscopus, Ecclesiæ Gerundensi & Granatensi præfuit, qui cum illas Sanctissimè gubernasset ad Compostellanam translatus, ibique Cardinalis dignitate subscriptus, orationi*

Et sacrarum literarum prædicationi assidue vacans  
suoque probatissimo vitæ exemplo confirmans, feliciter  
migravit ad Dominum, anno salutis 1545. ætatis suæ,  
60.

- D. Francisci Mendocæ Cardinalis Epitaphiū ha-  
bes supra pag. 139.
1129. A. Francisci Sfondrati Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 139.
1130. A. Nicolai Ardinghelli Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 140.
1132. B. Caroli à Lotharingia è Guisix ducibus Car-  
dinalis Epitaphium habes supra pag. 141.
1133. D. Bernardini Maphæi Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 142.
1145. D. Romæ in æde S. Petri in monte aureo.

*D. O. M. Fulvius Corneus Episcopus Por-  
tuensis, Cardinalis Perusinus, sacellum hoc ab Anto-  
nio Cardinali de Monte erectum, et à Julio iii. Pont.  
maximo avunculo suo exornatum, in sui corporis se-  
pulturam eligens, annuo perpetuo reditu pro ornamentis  
altari subministrandis, duobusque anniuersariis pro sua  
et eiusdem Antonij de Monte anima celebrandis,  
locupletavit. Obiit die 2. Martij 1583. ætatis suæ  
anno 66.*

E. Romæ in æde S. Mariæ super Mineruam.

*D. O. M. Ioannes Michael Episcopus Sabinen-  
sis, Cardinalis Sarracenus Neapolitanus, annum a-  
gens 69. mens. 5. dies 27. Obiit kalendas Maij. 1568*

1147. B. Romæ in æde S. Mariæ de populo.

Gg

## EPITAPHIA.

*D.O.M. Sebastiano Pighino de Regio lepidi, iure-  
consulto, duodecim viro litibus iudicandis, Episcopo  
Hadriensi, Romane sedis bis ad Carolum quintum  
Augustum internuncio, Synodi Tridentinae praesidi,  
S.R.E. presbytero Cardinali, supplicum libellorum  
qui ad gratiam spectant cognitori super omnia.*

1148. D.

Aloysii Cornelii Cardinalis Epitaphium ha-  
bes supra pag. 197.

1179. C.

Pauli Papae quarti Epitaphium supra pag. 129  
Romae in aede S. Mariae Angelorum.

*D. O. M. Pius quartus Pontifex Maximus Me-  
dices Mediolanensis sedit annos 5. menses xi. dies 15.  
Vixit annos 66. menses 9. Obijt quinto Idus Decem-  
bris 1565. Ioannes Antonius Serbellonus Episcopus  
Praenestinus consobrino, Carolus Borromeus S. Pra-  
xedis Mediolanensis, Marcus Scythicus de Alta-  
emps Germanus Constantiensis, S. Mariae Trans-  
tyberim titularum presbyteri, auunculo S. R. E.  
Cardinales posuere.*

1207. E.

Romae in aede S. Crucis in Hierusalem.

*D.O.M. Hieronimo Socherio Aruerno, Parisien-  
si Theologo praestantissimo, qui Henrico 2. Francisco  
2. Carolo 9. Gallorum Regibus, Carolo Cardinali Lo-  
tharingo, bonisque omnibus eximie charus, Clareual-  
lis Abbas, in Tridentina Synodo sententias doctrinae,  
pietatis & prudentiae plenissimas dixit, inde Ci-  
stercie lectus Abbas, ipsiusque ordinis Generalis, à Pio  
V. Pontifice maximo delatam absenti Cardinalatus  
dignitatem, ut acciperet vix adduci potuit, deinde in  
urbem accitus, singulari opum ac gloriae contemptu &  
vita moderatione omnibus admirationi fuit. Vi-  
xit annos 63. Obijt 10. Nouemb. 1571.*

*Siste rogo & precibus lector venerare sepulchrum.*

*Siste feres parvæ præmia magna moræ.  
Vita prior mortem, sed mors tibi prima secundam  
Vitam quæ nunquam est interitura dabit.*

1207. B. Romæ in æde S. Susannæ.

D. O. M. Hieronimus Rusticucius S. R. E. presbyter  
Cardinalis tituli huius Ecclesiæ, Vicarius Papa, mo-  
numentum ad Sanctos martyres devotionis causa vi-  
uens sibi posuit, anno ætatis suæ 59. salutis humanæ  
1595. Obiit 14. Iunii 1603.

1225. A. Romæ in æde S. Mariæ de Anima.

D O M. Memoria Andrea ab Austria Ferdi-  
nandi Archiducis filio, Ferdinandi Imperatoris Cæ-  
saris Augusti nepotis, S. R. E. Cardinalis Constans-  
tiensis, & Brixinensis Episcopi, Sacri Romani Impe-  
rij Principis, qui maiorum splendorem, propriæ virtutis  
gloriâ ex æquans religione conseruanda & augenda,  
iustitiâ, clementiaque temperanda per omnes sue  
ditionis partes diligentissimus, Belgicæ prouinciæ dif-  
ficillimis temporibus à Philippo 2. Rege præfectus, eam  
incomparabili prudentia & fortitudinis laude admi-  
nistravit, per duelles armatos togatus terruit, Romam  
anno seculari, religioso peregrini habitu visens à Cle-  
mente Pont. Opt. maximo agnitus, in Vaticanas æ-  
des amantissimè receptus, post solemnes basilicas vene-  
ratas, vi morbi lecto affixus, sacris mysteriis ritè ab  
eodem Pontifice expiatus, ex terrena peregrinatione  
ad cælestem patriam migravit, incredibili urbis desi-  
derio defletus, publico funere elatus, exequiis præsen-  
te sacro collegio & curiâ honestatus est. Vixit annos  
47. menses 5. dies 27. Obiit anno 1600. pridie Idus  
Novembris. Carolus ab Austria Sacri Imperij  
Marchio, Burgaviæ Landgravius Nellenburgi &  
cæt. fratri unico unicus, desideratissimo mœrës posuit

1226. F. Renati Biragi Cardinalis Epitaphium habes  
supra pag. 161.

1228. C. Romæ in æde S. Alexii.

*D. O. M. Ioanni Vincentio Gonzaga Cardinali, viro ad beneficentiam nato, generis nobilitate atque animi dotibus præclaro maiorum suorum amulo. H. P. C. Vixit annos 51. dies 15 Obiit 22. Decembris 1501.*

1235. B. Romæ in æde S. Ludouici.

*D. O. M. Mathæo Contarello tituli S. Stephani S. R. E. Cardinali, huius sacelli fundatori, Virgilius Crescentius ex testamento hæres posuit 1590.*

1244. C. Xisti Papæ quinti Epitaphium habes supra  
pag. 159.

1253. A. Romæ in æde Nominis Iesu.

*Ioannes Cardinalis de Mendoza protector Hispaniæ.*

1274. D. Romæ in Basilica Lateranensi.

*D. O. M. Lucio Saxo Neapolitano tituli SS. Quirici & Iulitæ S. R. E. presbytero Cardinali, qui viri clarissimi Marij Saxi patris sui quondam Caroli quinti Imperatoris Augusti in Regni Neapoli Consiliarii, ab eodemque ad varias prouincias regendas adhibiti, laudem æmulatus; cum se iuuenis Romam contulisset, ob doctrinam atque prudentiam inter iustitiæ Referendarios à Iulio iij. Pont. Maximo. Gratie à Pio 4. adscriptus, primusque ad Episcopatum Ripetransonis à Pio V. prouectus, sacræ inde pœnitentiariæ à Gregorio xij. præpositus, ac sacrosanctæ huius Lateranensis Ecclesiæ per annos ferè 20. Vicarius, ab Urbano 7. Datarius creatus, in eodemque munere à duobus sequentibus Pontificibus Gregorio 14. & Innocentio 9. confirmatus, tandè à Clemènte 8. sola assiduo-*

rum pro Apostolica Sede laborum inspectione, prima  
lectione, una cum illustrissimis nepotibus nominationis  
præregatiua in amplissimum ordinem adscitus, non mi-  
nus ex eo accepit, quam eidem contulit ornamentis.  
Marius Saxus Fabij filius hæres patruo optimè meri-  
to atque honore dignissimo posuit. Vixit annos 82.  
menses 4. dies 8. Obijt pridie kal. Martij anno Chri-  
stianæ salutis 1604.

Francisci Toleti Card. Epitaphium habes  
supra pag. 173.

1277.F. Francisci Mariæ Taurusii, & Cæsaris Baronii  
Cardinalis Epitaphium habes supra pag.  
176.

1280.E. Arnoldi Offati Cardinalis Epitaphium habes  
supra pag. 177.

F. Siluii Antoniani Cardinalis Epitaphium  
habes supra pag. 178.

F. Lucæ in æde S. Fridiani.

Christo resurgenti. Bonuiso Bonuifio patritio  
Lucensi, utriusque signaturæ Referendario, Camera  
Apostolicæ duodecimuiro, prouincia Patrimonij pro-  
legato, exercitus Pontificij in Pannonia quæstori sum-  
mo, mox sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali ac  
Barensum Archiepiscopo, viro, religione, integritate,  
prudentiâ, liberalitate singulari, illibata castimonie  
famâ conspicuo. Martinus, Stephanus & Antonius  
fratri optimo ac benè merito in ipso ætatis flore, medio-  
que gloriæ cursu erepto, perpetui cum lacrymis. P. ccc.  
Vixit annos 47. mensem unum dies 24. Obijt Kalen-  
das Septembris anno Salutis 1603.

Romæ in æde S. Mariæ de Aracæli.

Hic iacet Dominus Ioannes Celesta Cardinalis

*anima eius requiescat in pace.*

Romæ in æde S. Antonii in mōte Exquilino.

*Hic iacet Gal. Io. Diaconus Cardinalis Ambriē-  
sis cuius anima requiescat in pace.*

Romæ in Basilica S. Petri.

*Hic iacet Reuerendissimus Pater Dominus Fran-  
ciscus de Tereilde tituli S. Sabine Presbyter Cardina-  
lis. . . . .*

Romæ in æde S. Clementis.

*Istius Ecclesiæ speculum rectorque beatus*

*Qui fuit, hoc tumulo mortuus ecce iacet.*

*Mortuus ecce iacet mundo . . . . . vix tamen ille*

*Qui nunquam moritur, nec moriturus erit.*

*Ecce iacet Cleri species, custosque pupilli,*

*Pauperis auxilium, cura benigna Dei.*

*Presbyter iste quidem Romanus nomine, cuius*

*Centenis annis vita beata fuit.*

Romæ in æde S. Alexii.

*Lector ad hunc tumulum lacrymantia lumina solue,*

*Natus cum chara matre moratur ubi,*

*Infelix planctum non possum dicere, tamen*

*Illa Maro ~~Z~~a solo nomine Petrus ego.*

*Petrus ego Sanctæ non dignus Sede Rufinæ*

*Quem sine matre mea viuere taedet heu.*

*Isthic cura domus, rerum cumulator auctus,*

*In hac gaudebam mox ubi tristis ero.*

*Semper tristis ero iam nunc dum carne maneo,*

*Quando mihi matris mors redit in animum.*

*Quinquagies castos, euoluit sexies annos,*

*Turtur post unum facta pudica virum.*

*Pauper habet quod corde gemat quod voce requirat*

*Victum vestitum non modo pauca dabat,*

*Cum sis mortalis tibi natum consociabis,  
 Vt caro sic unum vendicet una locum,  
 Audeat at quisquam nobis miserier unquam,  
 Sit anathema Deo si temerator erit* F.F.F.

*Respicite ô Sancti quos eligimus duo serui  
 Horum tu, precibus nos miserere Deus.*

*Hic requiescit Marozza expectans filium suum  
 Petrum Episcopum S. Ruffinae quæ obiit temporibus  
 Domini Benedicti Papæ kalendis Iulij feria 3. Indi-  
 ctione tertia, anno Domini 1035. Obijt Dominus  
 Petrus Episcopus mense Octobris die 6. anno Do-  
 mini 1035.*

*Romæ in æde S. Praxedis.*

*Hunc Sepulchrum fecit Petrus Cardinis Pres-  
 byter tituli Sanctorum Ioannis & Pauli, fecit sibi &  
 Petro spirituali filio suo.*

F I N I S.

